

ditionis, unus perdit boni multum. v.18. Exemplum in Achane.  
Jol. 7:12.

77. admixtio stultitiæ in habente sapientiam. *Musca mortis*, hoc est, venenata & letales, sunt id, quod, quum injecerit putens suum virus, *fatere facit* quò magis *manare facit unguentum pigmentarii*: ita *preciosus sapientia & gloria* sive splendida & majestatem conciliante copia, (notetur in hac voce oppositio ad *tenuem*; de quo c. 9:15. Innuat enim, etiam si quis summa valeat sapientia & autoritate, parva tamen stultitia fructum utriusque effundi & perdi posse) *stultitiæ parum*, quò magis manare facit, eò magis *fatere facit*. v. 1. Est in dicto hoc observanda 1. enallage numeri: quæ, verbo impersonaliter capto, nomine *περληπικῶς κατ' ἀποσιώπησιν* sumto, Latine exprimi aliquatenus potest. 2. enallage modi. Futurum futuro jungitur: quorum posterius est loco infinitivi sive gerundii: q. d. *fatere facit manare faciendo*, hoc est, dum manare facit. Sic *tarbú thedabberú* pro *tarbú dabbér* 1. Sam. 2:3. *Non addam amplius miserabor* pro miserari, Hoseæ 1:6. Et in talibus potest esse ellipsis copulæ vel relativi. 3. ellipsis particularum similitudinis *περτῶσι & ἀποδόσει* inservientium. 4. ellipsis verbi in *ἀποδόσει* repetendi ex protasi: quia verbo id designatur, in quo fit comparatio. *Ἰαββίαι ἀναβίαι*. Metaphora autem est, sive de fervore unguenti, quo spuma ejiciatur, quem excitat virus muscarum, cum R. Solomone accipiamus; sive de odoris diffusionem, qui putoris graveolentia intendi & diffundi latius potest, quam propria unguenti suavitate. In hoc sensu verbum hoc repeti etiam in apodosi potest. Operæ precium est & Græcum Metaphrasten audire. *μηαι ἐμπεσῆσαι μύρω καὶ ἐναποπνιγῆσαι ἀρχήμονα ἠδέ ἐκείνου χρίσματος πῶτε ὄψιν καὶ πῶτε χρίσιν ἐργάζονται*. Sensus similitudinis iste est. Parvam stultitiam non tantum interficere fragrantiam, hoc est, gratiam, venustatem & autoritatem sapientiæ, & si quid ea preciosius; sed etiam propter splendorem sapientiæ, cui admiscetur, eò illustriorem & conspectiorem fieri: quinimò ipsam sapientiam & majestatem in contemptum & irrisionem hominum adducere; ut sæpe etiam irrita sapientia propter stultitiæ parvæ mixturam magis prostituatur & publicetur, quam per se ipsam innotescere & inclarescere potuisset. Hujus rei exemplum ipse Solomo ab Aben Esra producit. Quæ quum ita sint, inutilem esse per sæpe sapientiam, nec nimio studio,

H3

vel